This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

p 15.8.44

Harvard College Library

PERSIUS COLLECTION

GIFT OF

MORRIS HICKY MORGAN

(Class of 1881)

PROFESSOR OF CLASSICAL PHILOLOGY

JANUARY, 1910

*437, TREVES, 1844. Ed. Duentzer.

A. Persii Flacci Satirae. In usum scholarum academicarum edidit, translatione Germanica, summariis, varietate lectionum et locis similibus instruxit Henricus Duentzer. Treveris. 1844. Typis et sumptibus Fr. Lintzii. 8°. pp. 80. *M.*

There is a brief list of editions and translations on pp. 79–80.

A. PERSII FLACCI SATIRAE.

N USUM SCHOLARUM ACADEMICARUM EDIDIT, TRANSLATIONE GERMANICA, SUMMARIIS, VARIETATE LECTIONUM ET LOCIS SIMILIBUS INSTRUXIT

HENRICUS DUENTZER.

4

TREVERIS 1844.

TYPIS ET SUMPTIBUS *Fr. Lintzii.*

Lp 15.8.44

Harvard College Library
Gift of
Morris H. Morgan
Jan. 1, 1910

Multum et verae gloriae, quamvis uno libro, Persius meruit.

Quintilianus.

Saepius in libro numeratur Persius uno,
Quam levis in tota Marsus Amazonide.

Martialis.

Praefatio.

Obscurissimum Romanorum poetam ut denuo edendum mihi sume-
rem, eo praecipue, quod nunc codicibus accuratius collatis*) vera
Persii manus multo certius restitui potest, commotus sum. Ferdi-
nandus enim Hauthalius in editione illa miro modo concinnata, cuius
prior pars ante hos septem annos prodiit, alteram desideramus, fon-
tes lectionum aperuit, genuinam formam diu oblitteratam in multos
locos reduxit, in reliquis iudicium de lectionum varietate ferendum
certe adiuvit. Quem Carolus Fridericus Hermannus, vir diligen-
tissimus et subtilissimus, in libro, quem *lectiones Persianae* inscri-
psit, ita secutus est, ut nova subsidia adferret, e scholiis codicum
ope restitutis quae scholiastarum lectiones fuerint, erueret et Hau-
thalii iudicia aut confirmaret aut refelleret. Set Hermannus nimium
scholiorum auctoritati tribuisse videtur, quae serioris aetatis esse
iuper demonstratum est: quo accedit, quod scholiastae ipsi saepe
non accurate descriptis et glossis inquinatis codicibus usi sunt. De-
nique Otto Jahnus, vir doctissimus, in accuratissima Persii editione,

*) De codicibus pauca sufficiant. Montepessulanum, prius Buherianum co-
dicem saeculi VIIII aut X (cf. Journal des Savants 1842 p. 40 sq., Haenel. catal.
libr. p. 239) et Romanum saeculi X aut XI (cf. Niebuhrius Ciceronis orationum
fragm. p. 20, Jahnus Prolegg. p. CLXXX sq.) ex eo libro, qui Barcinone Arcadio
et Honorio V consulibus (anno Christi 402) a Flavio Julio emendatus est (Jahnus
Prolegg. p. CLXXIII sqq.), derivatos esse subscriptiones docent. In celeberrimo
palimpsesto Vaticano, olim Bobiensi unum folium Persii locum I, 57 usque ad
v. 103 continet, cuius lectiones Maius edidit (auctores classici III p. XX); Hau-
thalius eius apographum et disputationem de eius auctoritate promisit. Praecipua
auctoritas est codicum Oxoniensium, quorum vetustissimus saeculi VIIII habetur,
Parisiensium (saeculi X censet Hauthalius, qui 6487, 8070 et 8272 numerantur,
ad quos proxime accedunt 8048, 8049), Bernensium (imprimis 257 et 542) et
antiquissimi Monacensis. Hermannus contulit Gudianum saeculi XI, Lugdunensem
et Ebnerianum codicem saeculi XI aut XII. Saeculo VIIII multas falsas lectiones,
e glossis maxime ortas, Persium occupasse ostendit Hauthalius; set iam prius
insignem lectionum varietatem extitisse codices antiquissimi, scholia et gramma-
tici, qui singulos versus adferunt, demonstrant. In codice Pithoeano et Sangal-
lensi (cf. Zimmermanni diaria 1838 p. 1050) mira illa Persii inscriptio lege-
batur: *Thebaidorum Persii Satyra* (aut *Satyrae*), quae sine dubio a codice mi-
scellaneo Statium et Persium complectente, qualis est Parisiensis 8055, originem
traxit. Cf. quae annotavi ad Horatii epistolas II p. 348.

de arte critica in poeta nostro adhibenda rectissime iudicavit et quam iamdiu unice veram habui viam scite monstravit. Ipse in Persii satiris recensendis ita versatus sum, ut codicum auctoritate recte pensitata inter varias lectiones idonea librorum fide non destitutas eas eligerem, quae et sententiae et loquendi usui accomodatiores et quarum depravatio probabilior videretur. Nonnumquam nova interpungendi ratione locos restituisse mihi videor; a coniecturis omnino abstinui, set virorum doctorum conamina solis auctorum nominibus additis simul cum variis lectionibus subieci. Praeterea locos diligentissima cura congestos indicavi, quos Persius imitatus est aut quorum comparatione facile explicatur, quem locorum similium usum egregium editionum, quae scholis academicis parantur, adminiculum esse arbitror. Nexum sententiarum summariis explicavi. Denique, quo poetae color una quasi imagine clarior appareret, translationem germanicam iam ante hos sex annos tentatam, posterioribus curis saepe limatam haut omittendam putavi. In prosodia germanica minime severas illas leges, quibus multae hodie translationes durae et rigidae, malae legentium cruces fiunt, mihi servandas *constitui*, set immoderata licentia omnino reiecta ut versus fluerent, neve linguae naturae repugnarent, neve consueta pronunciandi ratio male hic distorqueretur, curare studui. Trochaicam tertii pedis caesuram, qua vis versuum infringitur, fere non nisi illis locis, quibus Persius ea usus est, admisi: vix dici potest, quantum commoda illa caesura germanicae translationes, quibus merita sua haut derogo *) nunc quoque laborent. Cf. summarium satirae VI. Ceterum quisque facile intelliget me ubique poetam accuratissime exprimere voluisse et, ne Persianus color periret, multa, in quibus offendere possis, ex industria recepisse. Vitam Persii notis criticis instructam praemisi. Veterem orthographiam inscriptionum et vetustissimorum codicum consensu comprobatam, de qua Mathiam Hochium, virum doctissimum, uberius et verius, quam adhuc factum est, disputaturum esse speramus, quam maxime restitui. Prodeat igitur bona avi Persius in academiarum usum instructus, ut quondam Reizii et Passovi editiones, quibus viris me multo inferiorem esse probe scio.

*) Optimae videntur Passoviana et Weberiana, quarum haec quidem severi illis regulis durior facta est, infelicissima Hauthaliana, oris auriumque pernicies nuperrima Duehrii nimis vaga est et in prosodia et metrica ratione multum sibi concedit.

A. Persii Flacci vita. [1])

A. [2]) Persius Flaccus natus est [3]) pridie Nonas [4]) Decembres Fabio Persico [5]) L. Vitellio [6]) Coss.: decessit VIII Kalendas Decembres P. [7]) Mario Asinio Gallo [8]) Coss. [Natus [9]) in Etruria Volaterris eques Romanus sanguine et adfinitate primi ordinis viris conunctus decessit ad VIII miliarium [10]) via Appia in praediis suis.]

---

[1]) Edita est primum in Veneta Persii editione, scholiorum principe, quam anno 1499 paravit Joannes Bonardus, sacerdos Veronensis, qui non optimae notae codicem, quo usus est, multis locis male legisse videtur (ed. pr.); deinde a Eliae Vineti editione Cornuti grammatici (Pictavis 1560. 1563. Lutetiae 1601. 1613), qui tres codices contulit (V.); postea saepissime in Persii et Suetonii, quius in codicibus vita non legitur, editionibus. Petrus Pithoeus (1585) libros manuscriptos comparavit. Lugdunensis (L. 1) codicis et Bongarsii (Bo.) libri, nunc Bernensis n. 257, lectiones dedit Joan. Jac. Breitinger in exercitatione critica in vitam Persii, quae in Schelhornii amoenitatibus litterariis t. X p. 1103 sqq. legitur. Cf. ibidem Buherii (Bouhier) animadversiones p. 1133 sqq. Oudendorpius in editione Suetonii duos Persii libros vetustissimos in bibliotheca Lugdunensi servatos adhibuit, quorum antiquior (L. 2) usque ad v. *aequales* pertinet, alter (L. 3) totam vitam praebet. In Cornuti a Vineto editi exemplari, quo utor, codicis Ambr. 1 (A.) et libri Federici Ceruti (1599) lectiones (C.) annotatas inveni. Nuper Otto Jahnus contulit codices Parisienses n. 8272 (P. 1), n. 8070 (P. 2), Monacenses signis $\frac{F}{I}$ (M. 1) et e. 3 (M. 2) notatos, Bernensem n. 223 (B.) et Guelferbytanum n. 79 Gud. (W.). In antiquissimis libris vitam de Valerii Probi, qui Persii et Juvenalis interpres extitit (cf. Schopen in Heinrichiana Juvenalis editione I p. 327 sqq., C. Fr. Hermannus in lectionibus Persianis I p. 16 sq. et Otto Jahnus Prolegg. p. CXXXVI sqq.), commentario sublatam esse traditur. In Veneta Cornuti editione Cornuto, Persii praeceptori, quem cum seriore Cornuto grammatico, Persii interprete, confuderunt (cf. Jahnus Prolegg. p. CXVI sqq.), tribuitur. Suetonium vitae auctorem tuetur Barthius Advers. XI, 21. 27. Potiores lectionum varietates addidimus et ea, quae aliunde intrusa videntur, uncis inclusimus, quo facto turbatus ordo restituitur, unde transpositionibus ab aliis tentatis facile caremus, neque cum Wolfio statuimus fragmenta tantum vitae nobis esse servata. [2]) *Aules* F. M. 1. P. 1. 2., ut F. in indice vitae *Aulis* et B. in inscriptione scholiorum. Etruscam nominis formam Jahnus Prolegg. p. IIII sq. agnoscit. [3]) *natus circa* ed. pr., editoris, ni fallor, incuria. [4]) *Nonarum* L. 2. [5]) *Persio* A. ed. pr. [6]) *Vitellioque* B. M. 1. 2. P. 1. 2. L. 2. W. [7]) Emendavit Lipsius ad Tac. Ann. XIIII, 48. Libri *Rubrio, Rubro, Rubio. Fulvio Siario* ed. pr. *P. Rubrio Mario Celso* Scaliger ad Euseb p. 195. [8]) *Galloque* M. 2. *Gallio* W. [9]) *est* addunt L. 2. ed. pr. [10]) *miliare*

Pater eius Flaccus pupillum reliquit moriens [11]) annorum fere sex [12]) Fulvia Sisennia [13]), mater eius [14]), nupsit postea Fusio [15]), equiti Romano, et eum quoque extulit [16]) intra paucos annos. Studui Flaccus usque ad annum XII aetatis suae [17]) Volaterris, inde Romae aput grammaticum Remmium Palaemonem et aput rhetorem Verginium Flavum [18]). Quom esset annorum sedecim, amicitia coepit uti [19]) Annaei Cornuti [20]), ita ut ab eo nusquam [21]) discederet, a quo [22]) inductus [23]) aliquatenus in philosophiam [24]) est. Amicos habuit a prima adolescentia [25]) Caesium Bassum poetam [26]) et Calpurnium Suram [27]), qui vivo eo [28]) iuvenis [29]) decessit. Coluit ut [30]) patrem Servilium Nonianum [31]). Cognovit per Cornutum [32]) Annaeum etiam Lucanum, aequaevom [33]) auditorem Cornuti: nam [34]) Cornutus illo [35]) tempore tragicus [36]) fuit sectae Stoicae [37]), qui

---

ed. pr. [11]) *eum pup. rel. admodum puerum* ed. pr. [12]) *fere V* L. 2. [13]) *Sesinnia* B. Bo., *Sisenna* L. 3. M. 1. 2. P. 2. et Pithoei cod. *Sinenna* P. 2. *Siscena* ed. pr. *Sciscenda* A. Buherius male *Sisinnia*. [14]) *mater eius* omittunt L. 3. M. 1. 2. P. 1. W., *eius* alii. [15]) *Fuscio* P. 1. 2. *Fusico* M. 2. *Ruscio* B. *Roscio* ed. pr. *Fufio*, quod in edit. Ernestiana typothetae vitio legebatur, unice verum dicit Wolfius. Cf. Caes. B. G. VII, 3. Ad rem cf scholia ad sat. VI, 6: *Propter Fulviam Sisenniam, matrem suam, quae post mortem prioris viri ibi* (in Liguriae finibus) *nupta erat.* [16]) *extulit* suprascr. *nutrivit* M. 2. *extulit id est nutrivit et aluit* P. 1. 2. *qui Persium quoque extulit et nutrivit* B. Bo. ed. pr. *set eum* Oudendorpius. [17]) *aetatis suae* omittunt P. 1. 2. alii. [18]) *Flavium* B. Bo. M. 1., quod tuetur Buherius. alii *Flanum, Flaccum.* Cf. Tac. Ann. XV, 71, Quint. XI, 3, 126. [19]) *sexdecim amicitiam accepit* ed. pr. [20]) *philosophi* addit ed. pr. [21]) *nusquam ab eo* Jahnus edidit. *nunquam* suspicatur Baumgarten Crusius. [22]) *a quo* omittunt B. L. 2. 3. P. 1. 2. M. 1. 2. W. *etiam est* addit ed. pr. [23]) *introductus* ed. pr., Pithoeus. *inductus* probat Oudendorpius. tu vide Gronovium ad Gell. XVI, 8. [24]) *philosophia* ed. pr., alii. [25]) *ab adolescentia prima* ed. pr. [26]) Nomen varie corruptum. *poetam* omittunt P. 1. 2. L. 2 alii. [27]) *Calpiturn* ed. pr Casaubonus emendavit volgatum *Staturam*, quod omittit B. *Straturam* L. 2. *Staturam* P. 1. 2. Sarpe quaest. philol. p. 47 male *Serranum.* Cf. Jahn. Prolegg. p. XXVIIII sqq. [28]) *vivo eo* ed. pr. et Jahnus sic edidit. *eo vivo* volgo. [29]) *venenis* B. [30]) *ut* omittunt B. M. 1. W. *Flaccus coluit* ed. pr. [31]) Emendavit Gronovius, quod legebatur, *Nomianum, Nomanum, Numanum.* Casaubonus cum A. et ed. pr. *Novianum.* Cf. Tac. de orat. 23. [32]) *per Cornutum cognovit* volgo. *Servilium: Noviannum cognovit et Cornutum et Lucanum* ed. pr. *agnovit* P. 1. 2. [33]) *equitum* L. 3, unde Breitinger male *equitem.* [34]) *hic* B. [35]) *eo* ed. pr. [36]) Frustra librorum lectionem *tragicus* tuentur Welcker „die griechischen Tragoedien“ p. 1457 et Jahnus Prolegg. p. XXII sq. Mecum legas *traditor* ex usu posterioris aetatis. Martinius de Cornuto p. 50 *grammaticus*, Geelius ibidem p. 49: *Nam Cornuto illo tempore traditus fuit a Seneca Stoico, qui.* [37]) Sic recte hic emendarunt codicum lectionem *poe-*

libros philosophiae reliquit. [Set Lucanus adeo mirabatur scripta [38]) Flacci, ut vix retineret se illo recitante a clamore, quin illa esse vera poemata diceret [39]).] Sero cognovit et Senecam [40]), set non ut caperetur eius ingenio. Usus est aput Cornutum duorum convictu [41]) doctissimorum et sanctissimorum virorum [42]) acriter [43]) tunc [44]) philosophantium, Claudii Agathemeri [45]), medici Lacedaemonii, et Petronii Aristocratis [46]) Magnetis [47]), quos unice miratus [48]) est et aemulatus, quom aequales essent et [49]) Cornuti [50]) minores. Ipse etiam [51]) decem fere annos [52]) summe dilectus a Paeto Thrasea [53]) est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando cognatam eius Arriam uxorem habente [54]). Fuit morum lenissimorum, verecundiae virginalis, formae [55]) pulchrae, pietatis [56]) erga matrem et sororem et amitam exemplo sufficientis [57]). [Fuit frugi et [58]) pudicus.] Reliquit circa sestertium XX [59]) matri et sorori: scriptis

---

ticae. Cf. Vossius de poetis latinis c. 3 p. 43. [38]) *scripturam* P. 1. 2 et Pithoeus. [39]) Verba *quin — diceret* in ed. pr. et multis codicibus omissa uncis inclusit Vinetus, glossema cum Breitingero habuerunt, set totus locus insulsi auctoris additamentum est. *retineret se recitantem clamore* L. 1. 2. 3. P. 1. 2. M. 1. 2. W. *vera poetica* L. 3. *vere poetica* Pith. *quae illa esse vera ipsa poemata ipse ludo faceret* L. 2. *quae illa ipsa vera esse poemata suo ludo faceret* W. *quae illa esse vera poemata suo ludo faceret* M. 2. Jahnus suspicatur: *illa esse vera poemata, quae ipse suo ludo faceret*. At illud *suo ludo faceret* falsa est interpretatio voc. *diceret*. Cf. nota 16. [40]) *et* volgo omittunt. [41]) *convinctu* P. 2. *conflictu* M. 2. *coniunctum amicitia* ed. pr. *coniunctum vel amicitia* B. Bo., unde male Breitinger *convictu et amicitia*. [42]) *amicissimorum virorum et doctissimorum et sanctissimae vitae* B. Bo. ed. pr. *et sanctissimorum* omittunt M. 2. P. 2. [43]) *attrite* ed. pr. [44]) *tum* ed. pr. et volgo, quod omittit L. 2. [45]) Codicum lectiones *Agaturini, Agaturrini, Agatumni* et sim. (Pithoeus *Agaterni*) emendavit Reinesius inscript. p. 610. A. et ed. pr. *Claudii ac Saturnini*. Cf. Jahnus Prolegg p. XXVII sq. [46]) *ac* ed. pr. *Patroni* B. Bo. L. 2. ed. pr. Vin. *Aristotegratis* B. Bo. L. 2. M. 1. W. *ars fategratis* M. 2. *Aristotelici* P. 1. 2, quod probat Buherius, Pithoeus post *Magnatis* addit. [47]) *Magnatis* Bo. L. 3. Vin. Pith. *Magneti* ed. pr. [48]) *imitatus* P. 1. 2. [49]) *et* B. P. 1. 2. M. 2. L. 3 omittunt. *nec* Breitinger. [50]) *Cornuto* volgo cum B. M. 2. *Minores* discipulos dici recte monuit Oudendorpius. [51]) *ipse idem* B. M. 1. 2. P. 1. 2. L. 3. W. ed. pr. Jahnus suspicatur: *Cornuti minores et ipse. Idem*. [52]) sic ed. pr.; *annis* volgo. [53]) sic Vineti codex. Emendavit Lipsius ad Tac. Ann. XVI, 34 e corrupto *apetithrasea. aput Thraseam* M. 1. 2. P. 1. 2. *aput Truscam* ed. pr. Burmannus *aput Thraseam versatus est* vel *vixit*. Sequens *est* omittit ed. pr. [54]) *cognatum eius. Arriano* ed. pr. *Arriani* M. 2. *habentem* P. 1. 2. [55]) *famae* M. 1. 2. P. 1. 2. [56]) *et pubere aetatis* ed. pr. [57]) *matrem, sororem et amicam* ed. pr. *sufficiens fuit frugi* B. Bo. Vin. ed. pr. Buherius suspicatur *sufficienter*. [58]) *et* omittunt B. M. 1. 2. P. 2. L. 3. W. [59]) Vinetus cun

tantum [60]) ad matrem codicillis rogavit eam, ut daret Cornuto [61]) sestertia [ut quidam [62])] centum [63]) [ut alii volunt, plus] et [64]) argenti facti pondo [65]) XX et libros circa septingentos [Chrysippi [66]) sive bibliothecam suam omnem. Verum a Cornuto [67]) sublatis libris pecuniam sororibus, quas heredes frater fecerat, reliquit [68]).] Et raro et tarde scripsit [69]). Hunc [70]) ipsum librum imperfectum reliquit: versus aliqui dempti sunt de ultimo libro [71]) et, quasi finitus esset, leviter contraxit Cornutus [72]) et Caesio Basso petenti, ut ipse ederet [73]), tradidit edendum. Scripserat etiam in pueritia Flaccus praetextam Decius [74]) et ὁδοιπορικόν [75]) librum unum et paucos so-

---

codicibus male *sestertia.* M. 1. P. 1 *sestercias vicies.* Pithoei codd. *circiter. reliquit, ut quidam asseruit* ed. pr. [60]) *tamen* Pith. cod., Vin.; praefert Buherius, quem plurimi secuti sunt editores. [61]) sic ed. pr., nisi quod *rogavitque* legit. Codices *Cornuto rogavit, ut daret.* L. 3 *Cornuto ut daret, rogavit.* M. 1. *Cornutum rogavit.* [62]) *dicunt* volgo hic addunt, *sestertia* omittit ed. pr [63]) Emendarunt, quod legebatur, *centies* Casaubonus et Gronovius. *sestertium centies* Scaliger. *sestertia vicies aut ut quidam centies* M. 1. W. [64]) sic L. 3. *plures* Vineti cod. et ed. pr. *plus et* plurimi codices omittunt. *et alii volunt plures* ed. pr. [65]) sic L. 3. Emendarunt volgatum *pondera* Casaubonus et Gronovius. *facti* omittit ed. pr. [66]) *libris circa septingentas Crisippo* ed. pr. *Chrysippi* omittunt C. et Pithoei codd., Jahnus uncis inclusit. Cf. Diog. Laert. VII, 181. Breitinger *et bibliothecam.* [67]) *Cornutus* volgo cum Pithoeo. [68]) Reizius voluit *sorori* et *matri* et omisit *frater*, sed verba *verum — reliquit* male inserta esse recte iamdiu monitum est. Jahnus locum uncis inclusit, addens Prolegg. p. XXVI: Nolebam dubium exprimere de narrationis fide, sed exprimere, verba genuina non posse restitui. [69]) *scripsit* omittunt M. 2. L. 3. *Et scriptitavit et raro et tarde* M. 1. W. Verba *fecerat — scripsit* omittit ed. pr. [70]) i. e. satirarum librum, cuius commentario vita praemissa erat. Buherius male *hinc.* [71]) sic B. A. ed. pr. *de ultimo libri.* Bo. *in ultimo* volgo. *ultimo* M. 1. L. 3., quod recepit Jahnus. *ultimi* M. 2. *libri* M. 2. W. *ibi* P. 1. 2. M. 1. L. 3. [72]) sic recte B. Bo. A. W. ed. pr. (quae *Cornutus* omittit). *contra et C.* M. 1. *contractavit* L. 3. *recitavit* M. 2. *recitavit Cornuto* P. 1. 2. cod. Vin. *ut quasi* P. 1. 2. L. 3. sic Breitinger. *quos quasi* cod. Vin. *finitum* L. 3. W. *leniter* B. Bo. Oudendorpius coniecit *retraxit*, Buherius *retractavit*, quod probarunt Reizius, Wolfius et Jahnus Prolegg. p. XLV. qui in vita ipsa *correxit* reposuerat; set repugnat illud *quasi finitus esset*, quod ad retractationem libri non spectat. [73]) *cederet* M. 2. P. 1. 2 W. *perficeret* Vinetus, Buherius. Jahnus *ipsi cederet.* [74]) *Flaccus in pueritia* ed. pr. *praetexta inductus* ed. pr. *praetexta vestitus* B. Bo. A. *praetextam Vescio* M. 1. 2. P. 1. 2. L. 3. W. Vin. et Pith. codd. *Vescio* nunquam praetextae nomen fuisse contra Barthium Advers. XI, 27 spondeo. Welcker l. l. p. 1457 non dubitat, addens: „vornehmer Schlemmer?“ Omittunt praetextae nomen Pithoeus et Reizius. Amici nomen, cui praetextam scripserit Persius, in illo *Vescio* latere violatur Oudendorpius. Neukirchius Quintilii Vari interitum Persii fabula ce-

rori [76]) Thraseae in Arriam [77]) matrem versus, quae se ante virum occiderat. [Omnia ea [78]) auctor fuit Cornutus matri eius, ut aboleret [79]). Editum librum continuo mirari homines et diripere [80]) coeperunt. Decessit autem vitio stomachi anno aetatis XXX [81]).] Set mox, ut a schola magistrisque [82]) divertit [83]), lecto libro Lucilii decimo [84]) vehementer satiras componere instituit [85]), cuius libri principium [86]) imitatus est sibi primo [87]), mox omnibus detracturus [88]) cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione, ut etiam Neronem [principem illius temporis [89])] culpaverit [90]). Cuius versus in Neronem quom ita se habere [91]):

---

lebratam esse suspicatur (de fab. tog. p. 92). *Decius* e coniectura scripsi (cf. Zimmermanni diaria 1839 p. 409) corruptis formis *inductus, vestitus, vescio* nisus. [75]) *cohopertus* B. ed. pr. ὁπωρικῶν cod. Vin., *opericŏn* L. 3. *opericon* M. 2. P. 1. 2. W. *operico* M. 1. ὀδοιπορικῶν volgo. Aput Hieronymum de vir. inl. 80: „Ὁδοιπορικόν de Africa usque Nicomediam hexametris scriptum versibus" inter Lactantii scripta numeratur. Cf. quae ad Horatii satiras monui p. 121 sq. Ὁδοιπορικόν recte Daniel Eremita, Burmannus, Heinrichius. [76]) sic ed. pr. *sororum* M. 1. 2. P. 1. 2. *uxori* Vin. cod. *in socrum* L. 3. *in sororem* A. et Vinetus. [77]) *Arriani* ed. pr. cf. not. 54. *matrem Arriam* L. 3. *Arriae matrem* omisso *in* Casaubonus. Jahnus *in Arriam matrem* uncis inclusit. *Matrem* fortasse eiiciendum. [78]) *omnia autem* volgo cum M. 2. P. 1. 2. *omnia autem ea* Buherius. [79]) *Cornutus auctor fuit* P. 1. 2. alii. *ut aboleret Cornutus, mater eius auctor fuit* B. Bo. ed. pr. *omnia autem mater eius ut aboleret Cornutus magister eius auctor fuit* Vin. *abhorreret* M. 1. P. 1. 2. W. *adhereret* M. 2. [80]) *deripere* volgo. *deperire* Pithoei codices. Cf. Jahnus Prolegg. p. XLVIIII. *mirari cum deripere* ed. pr. Verba *editum–coeperunt* multi cum Breitingero supra post *tradidit edendum* transponenda putarunt. [81]) XXVIII Reizius cum Buherio. [82]) sic Jahnus cum M. 1. B. et W., ut videtur. *et magistris* volgo. *scholis* M. 2. [83]) sic L. 3 et Jahnus cum iisdem, ut videtur, codd. *divertitur* ed. pr. *deverterat* volgo. *ut* omittit ed pr. [84]) Fort. *primo* legendum. Cf. scholia ad sat. I, 2: *Hunc versum de Lucilii primo transtulit*, ubi minime cum Jahnio Prolegg. p. LVII decimi initium intelligam. [85]) sic L 3 M. 1. W. *studuit* volgo legitur. Cf. Suet de inl. gramm. 21. [86]) *initium* Jahnus nescio unde. [87]) *est, sibi* et *mox* omittit ed. pr. Jahnus Prolegg. p LVI *primo* male intelligit de prologo. [88]) sic Jahnus cum L. 3. W. *detracturum* ed. pr. *detractus* M. 1. *detractis* P. 1 *detrectatis* M. 1. P. 2. *detrectaturus* volgo. Cf. Jahnus Prolegg. p. LVI. [89]) Omittunt haec verba Pithoeus, Oudendorpius. *cum facta professione et oratorum insectationem insectaretur* ed. pr. [90]) *inculpaverit* M. 1. [91]) *conversus* ed. pr. *haberent* M. 1. P. 1.

Auriculas asini Mida rex habet [92]),
in eum [93]) modum a Cornuto [ipso [94])] tantummodo est emendatus [95]):
Auriculas asini quis non habet?
ne Nero [96]) in se dictum arbitraretur [97]).

---

[92]) *habuit* M. 2. [93]) *hunc* volgo. *eum autem* ed. pr. [94]) *ipso* omittit ed. pr. *ipse* Jahnus e codicibus, ut videtur. *ipso nondum mortuo* Barthius Advers. XI, 21. [95]) *commendatus* ed. pr., unde *commutatus* coniicias. [96]) *Nero* omittunt B. Bo. *ne hoc i. s. d. quis* ed. pr. *vero* P. 2. *vero Nero* P. 1. Cod. Bruxellensis aput Hermannum lect. Pers. II p. 10 sq.: *Et dicitur Neronem et Claudium tetigisse sub allegoria Midae, qui auriculas maximas habuit: denique Persius sic scripsit* —, *set Cornutus hoc mutavit ita ponens* —, *ne Nero ipse* (lege *in se*) dictum putaret. [97]) Totum locum inde a *set mox* ante *amicos habuit* cum Breitingero posuerunt aut spurium habuerunt editores.

Prologus.

Summarium.

Carmen primum in codicibus *prologus* aut *prooemium* aut *praefatio* inscriptum neque cum prima, quae sequitur, satira cohaeret, neque inter ipsas satiras numerandum est, sed toti satirarum libro praeludit, quales praefationes Statius, Martialis, Ausonius, Claudianus carminum libris praemittebant. Jahnus Prolegg. p. LVIII confert breve Petronii (sat. 5) carmen, quo a choliambis incipiens ad heroicos versus transit. Persius se minime Musarum favore beatum esse profitetur, ut divino adflatu poeta *laurea donandus Apollinari* prodierit; humilia tantum carmina se proferre, ita ut cum Horatio illorum numero se excerpat, *dederit quibus esse poetas* (sat. I, 4, 39). V. 1—7. Neque tamen iis invidet poetis, qui talia de se praedicant, quom sciat plurimos psittacorum et picarum more fame et inopia coactos edere carmina tanto hiatu cantata. V. 8—14. Magna dissimulatione Neronis principis avaritiam et iniqua tempora hic accusari Antonius Volscus putavit, qui illud Petronii (sat. 83, 10) confert:

> Sola pruinosis horret Facundia pannis
> Atque inopi lingua desertas invocat artes.

Graecis versibus nostrum carmen choliambis scriptum expresserunt Josephus Scaliger (poemata graece versa p. 102), Dionysius Petavius (epist. II, 29) et Isac Casaubonus, editor Persii doctissimus. Opitzius germanicas Persii versiones a prologo alexandrinis, quos vocant, reddendo auspicatus est (in florilegii variorum epigrammatum libro II p. 463 edit. anni 1690).

Prologus.

Neo fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnaso
Memini, ut repente sic poeta prodirem.
Heliconiadasque pallidamque Pirenen
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Ederae sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen adfero nostrum.
Quis expedivit psittaco suum χαῖρε
Picasque docuit nostra verba conari?
Magister artis ingenique largitor
Venter negatas artifex sequi voces.
Quodsi dolosi spes refulserit nummi,
Corvos poetas et poetridas picas
Cantare credas Pegaseium nectar.

V. L. 2. *neque.* 3. *memini me. prodierim.* Hauthalius *prodirim.* 4. *Heliconidasque, Heliconiadas.* 5. *relinquo.* 6. Dorleans *secaces.* Post v. 8 addunt: *Corvos quis olim concavum salutare?* 9. *nostra verba. blandiri.* Wagner *blatire.* 12. *refulgeat.* 13. *poetrias.* 14. *P. melos.*

Prolog.

Nicht *schlürften* meine Lippen je *des Gauls Quelle,*
Noch träumt' ich meines Wissens auf *Parnaskuppen,*
Dass ich so auf einmal als Poet hervorkäme.
Der *Pirene Blässe* sammt *des Helikons Schwestern*
Sie lass' ich Jenen, deren edlen Standbildern
Sich geschmeidig füget Epheu; ich, ein Halblaie
Bring' auch zum Sängertempel hin mein arm Liedlein.
Wer löset Papageien ihren Gruss *bon jour,*
Wer lehret Elstern sich uns're Sprache anquälen?
O du Talentverleiher und der Kunst Meister,
O Bauch, versagter Töne du Hervorzaub'rer!
Wenn nur verlockenden Goldes Hoffnungsblick schimmert,
Wird als Poet, Poetin Rab' und Frau Elster
Ein pegaseisch Nectarlied dir vorsingen.

---

1. Hor. sat. I, 5, 16. II, 4, 27. — Mosch. id. III, 77 sq. Prop. IIII (III), 2, 5, Ovid. Met. V, 256 sq., Juv. III, 118, Stat. Theb. IIII, 60 sq. 2. Soph. Antig. 1126, Ovid. Met. II, 221. 4. Hes. theog. 1, Lucr. III, 1050. — Stat. silv. I, 4, 27. II, 7, 2. 5. Hor. sat. I, 4, 22. 6. Juv. VII, 29. — Plin. N. H. XIIII, 3. 7. Hor. sat. I, 10, 38. epist. II, 2, 94. 9. Plin. N. H. X, 58, Stat. silv. II, 4, 2, Mart. XIII, 73. 76. 11. Manil. V, 380, Sen. epist. 15, 6 14. Pind. Ol. VII, 12, Theocr. VII, 82.

Satira I.

Summarium.

Poeta hac satira omnium, quas scripsit, praestantissima et sero, ni fallor, condita, quo animo satiris scribendis operam dederit, contra adversarios scite ostendit verumque huius scribendi generis finem exponit. Initio (v. 1—12) argumentum totius carminis paucis adumbrat, se minime populi plausum captare, set ipsa re ad satiras scribendas tali modo excitari, ut tacere nequeat. Prima parte (v. 13—106) de volgari, quem omnes ambiunt, plausu agitur, qui e falsa verae pulchritudinis aestimatione et universa animorum imbecillitate proficiscatur. Omnes nunc scribimus magnum aliquid adfectantes, quod delicata et fracta voce legentes summas populi laudes nobis comparemus (v. 13—21); tanta enim plausus vanaeque gloriae cupiditate capti sumus, ut hoc ipsum, ab aliis laudari, bonorum finem habeamus (v. 22—27). Qualis vero haec laus sit, quam tanto ardore cupimus, egregie vivida recitationum imagine proposita ostendit (v. 28—40), nihilque facilius illo populi plausu comparari docet (v. 40—68). Quae laudis cupiditas eo perniciosior est, quo certius omnis vera poesis funditus ea evertitur (v. 69—106). Altera parte (v. 107—134) se nulla re impediri posse adfirmat, quominus vitia et stultitiam hominum rideat et castiget. Equidem minime nobilium favorem curo, set libere cogitata eloquor et, quae notanda mihi videntur, satirica inrisione persequor Lucilii, Horatii et veterum graecorum comicorum more, quos duces sequor (v. 107—125), minime prava alios inridendi prurigine captus (v. 126—134). Itaque re ipsa, nulla plausus captatione se ad carmina scribenda et satiras quidem, quibus plerique inimicissimi sunt, animum appulisse Persius demonstrat, quem Horatii satiram I libri II imitandam sibi proposuisse non est, quod dubitemus. Conferantur eiusdem Horatii satira III libri I et epistola XVIIII libri I et, qui Persium sequitur, Juvenalis satira I. Volscus Persium non modo scriptores, set etiam populum arguere dicit, quod ea spectent et ficto animo probent, unde in dies non modo peiores fiant, set nullam possint adsequi utilitatem, quam in rem confert Petronium (at. 5):

Artis severae si quis hamat effectus
Mentemque magnis applicat, prius more
Frugalitatis lege polleat exacta:
Nec curet alto regiam trucem voltu
Cliensve cenas impotentium captet:
Nec perditis addictus obruat vino
Mentis calorem neve plausor in scaena
Se det redemptus histrioniae addictus.

Quodsi vita tradit lecto Lucilii libro decimo Persium vehementer satiras componere incepisse, cuius libri initium imitatus sit (quod minime ad prologum referendum est), nostrae satirae principium inde ductum esse suspicari licet. Versum 2 (primum e Pinzgeri coniectura) de Lucilii primo Persium transtulisse et versu 27 hunc poetam expressisse in scholiis narratur. Neronem hac satira Persium tetigisse nimis arguta veterum scholiastarum sententia est, qui v. 94 sq. et quattuor inde a v. 99 Neronis esse tradunt et Polydamanta v. 4 et Midam v. 121 (cf. vita in fine) Neronem interpretati sunt. *Cf.* Jahnium Prolegg. p. LXXV sqq., qui de Neronis persona hic praecipue castigata non dubitat. In duas satiras carmen divisit G. L. Koenig, quarum prior versibus 1—12 et 107—134, altera ex ea, quae reliqua sit, parte constet. Idem Persii editor v. 39 eiecit, Passovius vero in v. 36—40 duplicem quasi recensionem sibi finxit, ut aut priorem huius loci formam *nunc non cinis — convivae,* aut alteram *nunc non e manibus — violae* in libro edendo eligendam poeta sibi servaverit. Set cf. Jahnum Prolegg. p. XLVI sq. Transtulit nostram satiram, tertiam et quintam Herder, vir summus; prima cum prologo in Adrastea anni 1801 primum prodiit. Cf. eius opera ad artes et litteras elegantes pertinentia t. XI. Persium expressit Boilavius satira VIIII v. 223 sqq. et 290 sqq.

O curas hominum, o quantum est in rebus inane!
Quis leget haec? Min tu istud ais? Nemo hercule. Nemo?
Vel duo vel nemo. Turpe et miserabile. Quare?
Ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem
Praetulerint. Nugae! Non, si quid turbida Roma
Elevet, accedas examenve improbum in illa
Castiges trutina, nec te quaesiveris extra.
Nam Romae quis non —? Ac si fas dicere. Set fas
Tunc, quom ad canitiem et nostrum istud vivere triste
Aspexi ac nucibus facimus quaecunque relictis,
Quom sapimus patruos: tunc, tunc, ignoscite. Nolo.
Quid faciam? Set sum petulanti splene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet,
Scilicet haec populo pexusque togaque recenti
Et natalicia tandem cum sardonyche albus
Sede legens celsa, liquido quom plasmate guttur
Mobile collueris, patranti fractus ocello.
Hic neque more probo videas, nec voce serena
Ingentes trepidare Titos, quom carmina lumbum
Intrant, et tremulo scalpuntur ubi intima versu.
Tun, vetule, auriculis alienis colligis escas,
Auriculis, quibus et dicas cute perditus, ohe!
Quo didicisse, nisi hoc fermentum et, quae semel intus
Innata est, rupto iecore exierit caprificus?
En pallor seniumque! O mores! Usque adeone
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter!
At pulchrum est digito monstrari et dicier, hic est.

V. L. 1. *quantum* omisso *o.* de Rooy *hominum o quantum.* 3. *vel duo vel. . Nemo.* 4. *nae, non, nec. Pulydamas.* 6. *examenque.* 8. *Romae est. at, et ah* (pro *ac*). 10. Beier *adspexti.* 11. Marcilius *nolonl.* Schuetzius *ignoscere nolo, quae facimus.* Hermannus *ignoscite, nolo, quid faciam?* 12. Scoppa *si sum.* Heindorfius *splene; cachinno.* 13. Marklandus *inclusus numeris,* Passovius *inchusus,* Gronovius *illi,* Crucius *numeris,* Handius *illhic.* 17. *leges.* 18. *colhuerit.* Hildebrandus *putrenti. fraetus.* 19 *neque voce.* 24. *quid, quod.* 26. Burton *heu.* 28. *set* Priscianus, qui bis hunc versum adfert.

Wie sich der Mensch doch so plagt, wie eitel das Treiben der Welt ist!
„Wer liest dies?“ Mich fragen Sie das? „O Niemand doch!“ Niemand?
Nun, Zwei, Niemand wohl auch. „Wie schmählich und jämmerlich!“
Wirklich?
Dass mir Polydamas nicht sammt seinen trojanischen Frauen
Ziehe den Labeo vor! Unsinn! Wenn das stürmische Rom was
Tadelt, so folge ihm nicht, nicht klag' ob des irrigen Ausschlags,
Kennst du die Wage ja doch, nicht wolle du draussen dich suchen!
Wer ist hier denn in Rom nicht....? „Darf man's denn sagen?“ Man
darf's wohl,
Wenn die Verlebtheit der Welt und dieses erbärmliche Treiben
Lang' man beschaut hat und wie's hergeht nach den Tagen des
Nussspiels,
Wenn man schon klug, wie ein Ohm: dann, dann, ich bitte...! „Mit
nichten!“
Was nun zu thun? Doch es treibt mich die Milz, bin einmal ein Spötter.
Wir schriftstellern zu Haus, der fussfrei, jener in Versen,
Etwas Erhabenes, das auskeuche der Lunge Gewalthauch,
Wenn wir so vor dem Volk, frisirt, in neuem Gewande,
Auch mit dem Festtagsring von Sardonyx, frisch in Parade,
Lesen auf hoher Tribün', uns ist die geschmeidige Kehle
Ganz voll Weichheit geschmiert, wollüstig das Äuglein gebrochen.
Nicht siehst würdig du dann und nicht mit natürlicher Stimme
Tanzen der Titer gewaltigen Stamm, wenn zur Lende die Verse
Dringen, von trillerndem Lied das Herz wird weidlich gekitzelt.
Suchst du, Alter, wohl gar dich vom Lobe der Hörer zu nähren,
Hörer, zu denen du selbst doch, Verdorbener, sagst „Nun genug schon!“
„Wozu gelernt, wenn nicht auch der gährende Most und der Feigbaum,
Welcher gewurzelt in uns, aus geborstenem Herzen hervorbrach'!
Siehe, wie bleich ich und alt!“ O Thorheit! Es gilt dir dein Wissen,
Also für Nichts, weiss nicht auch der Andere, dass du es wissest?
„Aber es ist doch so schön, wenn man zeiget auf uns und: „Der ist's!“
ruft.“

---

1. Lucr. I, 331. V, 366. 3. Hor. sat. I, 10, 74. 4. Hom. Il. χ, 100. 105, Cic. Att. VII, 1, 4. II, 5. 1. 7. Sen. epist. 7, 9. Pers. IIII, 52. 10. Catull. 61, 133, Mart. V, 84, 1. 11. Hor. sat. II, 3, 89. carm. III, 12, 3. 12. Hor. sat. II, 1, 5. 24. 13. Hor. epist. II, 1, 117. 14. Quint. XI, 3, 55. 16. Juv. VI, 382. VII, 144. — Mart. I, 56, 14. 18. Gell. III, 5. 19. Juv. VI, 314. 20. Hor. A. P. 342, Pers. I, 31. 23. Hor. sat. II, 5, 96. 26. Claudian. epist. 1, 1. 27. Quint. VIIII, 3, 42. 28. Hor. carm. IIII, 3, 22.

Ten citratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas? Ecce inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid dia poemata narrent.
Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina laena est,
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas vatum et plorabile si quid
Eliquat ac tenero supplantat verba palato.
Adsensere viri Nunc non cinis ille poetae
Felix, non levior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant convivae. Nunc non e manibus illis,
Nunc non e tumulo fortunataque favilla
Nascentur violae? Rides, ait, et nimis uncis
Naribus indulges. An erit, qui velle recuset
Os populi meruisse et cedro digna locutus
Linquere nec scombros metuentia carmina, nec thus?
Quisquis es, o modo quem ex adverso dicere feci,
Non ego, quom scribo, si forte quid aptius exit,
Quando haec rara avis est, si quid tamen aptius exit,
Laudari metuam — neque enim mihi cornea fibra est —:
Set recti finemque extremumque esse recuso
Euge tuum et belle. Nam belle hoc excute totum:
Quid non intus habet? Non hic est Ilias Atti
Ebria veratro, non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres, non quidquid denique lectis
Scribitur in citreis? Calidum scis ponere sumen
Scis comitem horridulum trita donare lacerna:
Et verum, inquis, amo; verum mihi dicite de me.
Qui pote? Vis, dicam? Nugaris, quom tibi, calve,

V. L. 31. *quis — narret.* 32. *circa et ian'hina; ianthina.* 34. *aut plorabile, explorabile. quis.* 35. *et.* 36. *non nunc.* 37. *imprimet, imprimat.* 38. *non nunc.* 42. *loculi* apud Servium. 44. *dicere fas est.* 46. Scoppa *quamquam haec.* Totum versum in codicibus saepe transpositum aut omissum spurium habet Sinner. 47. *nec. est* omittitur. 50. *non est hic. Acci, Acti.* Nosser *quid nummam intus habet? non hic est, si J. A.* 52. Lubinus *ructarunt. quid quod, si quid.* 55. *dicito.*

'ensum gewesen zu sein von hundert gekräuselten Jungen
Hältst du dies denn für Nichts?“ Sieh, wie schon gesättigt beim Becher
tomulus Enkel erforscht, was göttliche Sänge besagen.
)a spricht Einer (die Schulter bedeckt safranener Shawl ihm),
tanzig ein Bisschen, so recht in näselndem Tone und seihet
'hyllis, Hypsipyle durch und was sich nur Klägliches findet,
stellet den Worten geschickt in zärtlichem Gaumen ein Füsschen.
Männerbelobung erschallt. Ist jetzt nicht selig des Dichters
Asche auch noch, ruht leichter der Stein nicht auf den Gebeinen?
Hoch preist Jenen der Tisch. Wird jetzt nicht noch aus dem Schatten,
Noch aus dem Grabe herauf und aus dem beseligten Staube
Sprossen das Veilchen? „Du willst, Freund, spotten und rümpfest die Nase“
Heisst es „auch gar zu fein. Gibt's Einen wohl, der da verschmähte
Ruhm zu erndten beim Volk, und zurück zu lassen der Ceder
Werthes, das nimmer in Angst vor Fischkram und Spezereien!“
Und wozu denn versprecht ihr dem Craterus goldene Berge?
Lernt, Armselige, doch und erkennet die Gründe der Dinge!
Was sind wir und wozu in's Leben gerufen? Was ist uns
Leitend Gesetz, wie leicht zu umbiegen das Ziel und von wo aus?
Wo ist das Mass im Erwerb, was darf man sich wünschen? Die blanke
Münze, was hat sie für Werth, wieviel auch gebührt sich zu spenden
Für unser Vaterland und die theuren Verwandten? Wie wünschte
Gott dich, wo ward dir bestimmt dein Platz im Bunde der Menschen?
Lern's! Nicht plage der Neid dich, weil muffige Büchsen so viele
Stehn in der Kammer, die reich von fetten vertheidigten Umbrern —
Pfeffer und Schinken dabei, Andenken des marsischen Schützlings —,
Und die Sardell' nicht will aufgehn in dem vordersten Tönnchen.
Hier mag einer mir wohl von den struppigen Centurionen
Sagen: „Ich weiss, was genug für mich. Nicht möchte ich jemals
Sein, was Archesilas war und die kummerbeladnen Salone,
Vorwärts beugend das Haupt, mit dem Blick fixirend die Erde,
Wenn sie Gemurmel in sich und wüthendes Schweigen zerkauen,
Wägend die Worte gar wohl auf weitvorragender Lippe,
Alter Verrückten Geträum durchsinnend mit Eifer, *es werde*
Aus Nichts Nichts, in's Nichts Nichts könne sich wieder verkehren.

---

60. 61. Sen de vita beata 1. 63. Pers. V, 100. — III, 95. 64. Hor. epist. I, 2, 34. — Ovid. rem. am. 91 sq. 65. Hor. sat. II, 3, 161. — Ter. Phorm. I, 2, 18, Plaut. Mil. 1055. 66. Virg. G. II, 490. 67 Sen. epist. 82, 5. 70. Hor. sat. I, 1, 83. II, 2, 105. 73. Juv. VII, 119 sq., Mart. IIII, 46. 76. Plin. VIIII, 42. XXXII, 53 77. Pers. V, 189. 80. Hor. sat. II, 5, 92. — Stat. silv. V, 1, 140. 81. Auson. id. XVII, 24. — Quint. X, 3, 15. 82. Lucian. Hermot. 1. — Hieron. epist. 95 p. 775. 83. Hor. A. P. 7, Juv. VIIII, 16. 84. Lucr. I, 151.

Hoc est, quod palles, cur quis non prandeat? Hoc est?
His populus ridet, multumque torosa iuventus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.
Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus et aegris
Faucibus exsuperat gravis halitus: inspice, sodes!
Qui dicit medico, iussus requiescere, postquam
Tertia compositas vidit nox currere venas,
De maiore domo modice sitiente lagena
Lenia loturo sibi Surrentina rogavit.
Heus, bone, tu palles. Nihil est. Videas tamen istud,
Quidquid id est: surgit tacite tibi lutea pellis.
At tu deterius palles. Ne sis mihi tutor:
Jam pridem hunc sepeli: tu restas. Perge, tacebo.
Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur
Gutture sulphureas lente exhalante mephites.
Set tremor inter vina subit, calidumque trientem
Excutit e manibus, dentes crepuere retecti:
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
Hinc tuba, candelae: tandemque beatulus alto
Compositus lecto crassisque lutatus amomis
In portam rigidas calces extendit, at illum
Hesterni capite induto subiere Quirites.
Tange, miser, venas et pone in pectore dextram:
Nil calet hic? Summosque pedes attinge manusque:
Non frigent? Visa est si forte pecunia, sive
Candida vicini subrisit molle puella;

V. L. 85. *quid palles, cur palles.* 86. Guyetus *hoc.* 89. *exuberat.* Murmellius *exsudat*, Badius *exundat*, Marcilius *expirat*, Hauthalius *exsultat.* 93. *levia. rogabit, rogarit, rogabis.* 100. *triental.* 101. *excidit.* 102. *tum, hinc.* 105. *portas. rigidos.* 106. *inducto, obducti.* 108. *hic. attende.* 109. *frigent.*

Darum studirst du dich bleich, drum kannst du das Essen auch missen?“
Drob lacht dann wohl das Volk, nachtönen die muskelgewalt'gen
Burschen die Nase gerümpft noch vielmal geschmettertes Lachen.
Sieh doch, ich weiss nicht, wie mir das Herz klopft, wie mir hervorströmt
Hier aus dem leidenden Schlund so übel der Athem; so sieh doch!“
Da er zum Arzte so spricht, heisst dieser ihn stille sich halten;
Aber sobald nur darauf unser Mann eine ruhige Nacht hat,
Lässt er von reicherem Haus — noch dürstete Fläschlein mit nichten —
Bitten zur Stärkung beim Bad etwas milderen Wein von Surrentum.
„Lieber, du siehst ja so bleich!“ „„Nichts ist es!““ „Doch achte auf dies nur,
Was es auch sei! Dir schwillt ja die Haut auf einmal so gelblich!“
„„Bist viel bleicher du doch! Nicht wolle mir spielen den Vormund;
Lange begrub ich ihn schon, du fehltest noch!““ „Fort nur, ich schweige!“
Dieser nun badet, vom Mahl ganz voll, mit gedunsenem Bauche,
Während die Kehl' aushaucht voll Mühe geschwefelte Dünste.
Aber ein fröstelndes Zittern befällt ihn beim Wein', aus den Händen
Stürzt ihm der heisse Pokal; es klappern entblösst ihm die Zähne;
Klaffenden Lippen miteins nun entfallen die fetten Gerichte.
Kerzen und Traurmarsch drauf — und hoch auf dem Lager gebettet
Dick mit Amomum beschmiert streckt endlich das selige Männlein
Gegen das Thor hin erstarrt die Fersen; mit diesem belasten
Sich mit der Mütze bedeckt erst gestern geschaff'ne Quiriten.
Fühle dir, Wicht, an den Puls und leg' an das Herz dir die Rechte:
Brennt dort Nichts? Und befühl' dir die Spitzen der Hände und Füsse
Ganz kalt sind sie. Wenn Geld dir nur ist zu Gesichte gekommen
Oder das blühende Kind da drüben nur hold dir gelächelt:

85. Sen. epist. 48, 5. 92. Juv. V, 32, Mart. II, 40. 93. Hor. sat. II, 4, 55, Plin. XIIII, 8, 3. XXIII, 20, Athen. I, 48, Dioscor. V, 10. — Sen. epist. 122, 6. 95. Hor. epod. 10, 16. 96. Hor. sat. II, 3, 88, Pers. VI, 66. 98. Hor. epist. I, 6, 61. sat. II, 2, 21, Juv. I, 143. — Sen. epist. 122, 4. 99. Virg. Aen. VII, 84. 100. Hor. epist. I, 16, 22. — Mart. X, 49, 1. 103. Hor. sat. I, 6, 44, Sen. de tranqu. 11, 5. de brevit. vitae 20, 4. 104. Juv. IIII, 109. 105. Plin. N. H. VII, 6 extr., Sen. epist. 12, 2. 106. Pers. V, 82. 107. Arrian. dissert. II, 16, 3. III, 2, 8. 109. Pers. IIII, 47.

Cor tibi rite salit? Positum est algente catino
Durum olus et populi cribro decussa farina:
Tentemus fauces: tenero latet ulcus in ore
Putre, quod haut deceat plebeia radere beta.
Alges, quom excussit membris timor albus aristas:
Nunc face supposita fervescit sanguis, et ira
Scintillant oculi, dicisque facisque, quod ipse
Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.

V. L. 111. Reizius *camino*. 112. *discussa*. 115. Reizius *tremor* 116. *tunc*. 117. *discisque*. 118. *sani est*.

Hüpft dir da richtig das Herz? Dort steht in erkalteter Schüssel
Hartes Gemüse und Mehl in groberem Beutel geschlagen:
Lass uns versuchen den Hals! Da sitzt dir in zärtlichem Mündchen
Eiternd Geschwür, das nicht darf kratzen plebejisches Unkraut.
Wenn dir erblassende Furcht auftreibet die Haare, so frierst du:
Bald auch glüht dir das Blut von untergeschobenem Brand', es
Funkeln die Augen vor Zorn, du redest und thust, was dir schwörte,
Selbst wahnsinnig, Orest, es sei wahnsinniges Treiben.

---

111. Pers. Jl, 53, Sen. Thyest. 756. 112. Pers. III, 55. 114. Mart. XIII, 13. 115. Hom. Jl. ω, 359, Aristot. Probl. 8, 21, Sen. de ira II, 19. 118. Hor. sat. II, 3, 133, Juv. XIIII, 285.

Satira IIII.

Summarium.

Initium huius satirae, qua celeberrimum illud γνῶθι σεαυτόν docetur (cf. Juv. XI, 27), e priore Alcibiade Platonico desumptum est; nam versibus 1—22 Socratis oratio, qua in illo dialogo Alcibiadem alloquitur, continetur, minime vero tota satira uni Socrati tribuenda est. Scis, inquit noster, quae Socrates Alcibiadi tot ingenii dotibus instructo dicat, qui nimia confidentia elatus se nihil non perficere posse putabat. Hac praefatione quasi argumento totius satirae praemissa primum exponit neminem sui ipsius cognoscendi cupidum esse: set aliorum tantum vitia libenter investigamus et acriter castigamus (v. 23—32), nostrorum securi, quae ab aliis facillime cognoscuntur, qui in nosmetipsos non minore voluptate inquirunt (33—41). Quin eo stultitiae abripimur, ut vitia, quibus laboramus, celare et nos ipsos fallere studeamus (v. 42—47), set frustra, quum vitia effugere non possimus. Cupiditates enim veram animi tranquillitatem misere nobis eripiunt, quae eum tantum beare poterit, qui falsam vitae speciem spernens sibi ipsi vivere constituit, sua sorte contentus (v. 47—52). Imitatus est noster poeta Horatii epistolam XVI libri I, quacum conferatur satira III libri I. Neronem hic a Persio notari cum Joanne Britannico (1481) multi statuerunt: quam sententiam uberius probare studuit subtilissimus Persii interpres, J. Chr. Fr. Meister, iurisconsultus, et in commentatione in nostram satiram scripta (1807) et in libro, quem inscripsit: Letzte Studien über A. Persius Flaccus (1812), set ingeniosius, quam verius. Digna est, quae conferatur, C. Fr. Hermanni commentatio indici lectionum hibernarum anni 1839 Marburgensi praemissa, qua accuratissime de v. 49 disputavit. Satira omnium, si sextam exceperis, maxime laborat nimia austeritate et immodica orationis virilitate, neque in obscaenis describendis sibi temperat; ipsa carminis compositio poetae non satis feliciter cessisse videtur. Fortasse haec satira omnium prima a Persio scripta est, quod iam Jahnus suspicatus est, qui Prolegg. p. LXIIII monet: Non solum scholam maxime sapit, set omnium apertissime nimium illud etiam in ob-

scaenis depingendis demonstrat, quod parum adulti, necdum firmati satis ingenii signum esse vidimus. Denique vide, an illud quoque commemoratione dignum sit, quod in hac potissimum satira Virgilianae imitationis vestigia quaedam animadvertuntur (cf. v. 4. 39 sqq. 44.); Virgilium enim in scholis praesertim lectitatum esse constat.

Rem populi tractas? Barbatum haec crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutae.
Quo fretus, dic hoc, magni pupille Pericli!
Scilicet ingenium et rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda tacendaque calles.
Ergo, ubi commota fervet plebecula bile,
Fert animus calidae fecisse silentia turbae
Maiestate manus: quid deinde loquere? Quirites,
Hoc puta non iustum est, illud male, rectius illud.
Scis etenim iustum gemina suspendere lance
Ancipitis librae, rectum discernis, ubi inter
Curva subit, vel quom fallit pede regula varo,
Et potis es nigrum vitio praefigere theta.
Quin tu igitur summa nequidquam pelle decorus
Ante diem blando caudam iactare popello
Desinis, Anticyras melior sorbere meracas!
Quae tibi summa boni est? Uncta vixisse patella
Semper et adsiduo curata cuticula sole.
Expecta, haut aliud respondeat haec anus. J nunc:
Dinomaches ego sum, suffla, sum candidus! Esto,
Dum ne deterius sapiat pannucia Baucis,
Quom bene discincto cantaverit ocima vernae.
Ut nemo in sese tentat descendere, nemo:
Set praecedenti spectatur mantica tergo.
Quaesieris: Nostin Vectidi praedia? Cuius?
Dives arat Curibus, quantum non milvos oberrat.

V. L. 1. *hoc*. 2. *quem tollit. dura*. 3. *dic, o*. Rigaltius *pericli* i. e. periculi. 9. *puto. est* omittitur. *rectius istud*. 10. *scis etiam*. 11. *decernis*. 12. Guyetus *crura*. Post. v. 13 additur hic e scholiis desumptus:

O mullum ante alias infelix littera theta. Cf. Virg. Aen. III, 321.

14. Deesse post hunc versum nonnulla Guyetus voluit. 19. Marcilius *en specta* Meister *anus? ii nunc, in hunc, inquit, inquis*. volgo *i nunc!* Fuellebornius *i nunc D*. 20. volgo *Suffla!* 21. *non. pannucea, pannitia, pannuria*, similia. 22. *di stinclo*. Guyetus *male praecinclo*. Scoppa *otia*. 25. *quaesieris. Vectidis, Vetti Ventidi*. 26. *milvus* volgari ortographia. *oberrat*.

„Du willst lenken den Staat?“ Dies spreche, so denkt euch, der bärt'ge
Lehrer, den raffte dahin das Schlürfen des grausigen Schierlings.
„Sag' mir, worauf denn vertraust du, des mächtigen Perikles Mündel!
Ja dir kam der Verstand und der schnell auffassende Blick schon,
Ehe der Flaum sich gezeigt, du weisst, was zu sagen, zu schweigen.
Braust zum Beispiel einmal in tobendem Zorne das Völklein,
Suchst zur Ruhe gar sehr du den hitzigen Haufen zu bringen
Mit der gebietenden Hand. Was sagst du darauf denn? *Quiriten,*
Unrecht traun ist dies, schlecht jenes und dieses das Beste.
Nun, du weisst ja das Recht auf doppelter Schale genauer
Wage zu wägen, bestimmst das Gute, und wo es in's Schiefe
Umbiegt, oder wo täuscht das Richtscheit gleitenden Fusses,
Und siehst männlich dich aus dem Laster sein Schuldig zu geben.
Lässt du denn nicht davon ab — umsonst dass oben das Fell glänzt —,
Eh' es noch ist an der Zeit, zu schwänzeln dem schmeichelnden Völkchen!
Besser wohl würdest du pur einnehmen Antikyra's Tropfen!
Welches der Güter denn scheint dir das höchste? Ein Leben bei fetter
Schüssel, beständig die Haut zu pflegen im Strahle der Sonne!
Wart'! Nicht anders wird auch dir die Alte da sprechen. Nun geh' und
Bläh' dich: „*Dinomachens Sohn bin ich! Schön bin ich!*“ 'Es sei drum,
Ist's nicht schlechter bestellt mit der Weisheit der lumpigen Baucis,
Wenn sie das Kraut mit Geschick feilbietet den feiernden Sklaven!“
Dass doch Niemand es wagt, gar Niemand sich selber zu prüfen!
Aber das Tragreff schaut man am Rücken des vorderen Wand'rers.
Frag' nur einmal: „Kennst du des Vectidius Güter?“ „„Wen meinst du?““
„Land zu Cures besitzt er, soviel kein Geier umkreiset.“

---

1. Juv. XIII, 12. 3. Pers. II, 72. 4. Virg. G. I, 416. 5. Hor. epist. I, 7, 72, Quint. II, 20, 5. 6. Virg. Aen. I, 149. — Hor. carm. I, 13, 4. 7. Lucan. I, 298. 9. Hor. sat. I, 4, 134. 12. Hor. epist. II, 2, 44, Pers. III, 52. 13. Mart. VII, 37, 1 sq. 14. Hor. epist. I, 16, 45. sat. II, 1, 64, Pers. V, 116. 16. Hor. sat. II, 3, 83. A. P. 300. epist. II, 2, 137, Juv. XIII, 97. 17. Hor. epist. I, 15, 44, Pers. III, 102. 18. Hor. epist. I, 2, 29. 4, 15. 20. Hor. epist. II, 2, 4, Pers. III, 110. 21. Plin. N. H. XX, 48. — Pers. III, 31. 24. Catull. 22, 21, Hor. sat. II, 3, 299, Phaedr. III, 10. 25. Juv. VII, 199. XI, 22. 26. Petron. 37, 8, Juv. VIII, 55.

Hunc ais, hunc dis iratis Genioque sinistro,
Qui, quandoque iugum pertusa ad compita figit,
Seriolae veterem metuens deradere limum
Ingemit, hoc bene sit!, tunicatum cum sale mordens
Caepe et farratam pueris plaudentibus ollam
Pannosam faecem morientis sorbet aceti.
At, si unctus cesses et figas in cute solem,
Est prope te ignotus, cubito qui tangat et acre
Despuat in mores, penemque arcanaque lumbi
Runcantem populo marcentes pandere volvas.
Tu, quom maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Quinque palaestritae licet haec plantaria vellant
Elixasque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.
Caedimus inque vicem praebemus crura sagittis:
Vivitur hoc pacto, sic novimus. Ilia subter
Caecum volnus habes, set lato balteus auro
Praetegit: ut mavis, da verba et decipe nervos,
Si potes! Egregium quom me vicinia dicat,
Non credam? Viso si palles, improbe, nummo,
Si facis, in penem quidquid tibi venit amarum,
Si puteal multa cautus vibice flagellas:
Nequidquam populo bibulas donaveris aures.
Respue, quod non es, tollat sua munera cerdo:
Tecum habita: noris, quam sit tibi curta supellex.

V. L. 27. Marcilius cum schol.: *Hunc ais? Hunc. Dis iratis.* 29. *veteris.* 31. *farrata olla. offam.* Gifanius *farrealam.* 33. *ac. cessas. frigas, fricas.* 34. *tangil.* 35. *despuit. hi mores, hos mores,* unde Hermannus coniecit *despuat: hi mores.* 37. *tunc, tun.* 38. *detonsis.* 40. *elisasque. labefactant.* 42. *praebentes.* 43. *vivimus.* Guyetus *vovimus.* Marcilius: *Vivitur hoc pacto.* 45. *protegit, protegis et.* 47. *nunc.* 48. Joannes Sarisberiensis legit *amorum* quod in ordinem receptum reiecit Jahnus Prolegg. p. CXCIII. Guyetus *peni amatum.* Paldamus *venerit acrem* tentavit. 49. Meister *putal. cautus mul* 51. *respuat, respice.* 52. *ut, aut, et* ante *noris* addunt.

„„Den meinst du, der dem Himmel verhasst, dem der Genius feindlich,
Der, wann er's Joch aufhing am zerfall'nen Capellchen des Weges,
Aufseufzt, während betrübt vom Krug langjährigen Lehm er
Abkratzt: *Segn' es euch Gott!;* selbst kaut er zum Salze den Zwiebel
Ganz mit der Haut und schlürft, da klatschen die Sklaven den Mehlbrei
Eilig hinunter, den Kahm dickwamsigen, schimmelnden Essigs.““
Aber du ruhest gesalbt, lässt stechen die Sonne auf's Fell, da
Nahet ein Fremder, der gleich anstösst mit dem Arme und giftig
Spuckt auf dein Leben, dass so du das Glied und der Lenden Geheimniss
Rupfest, dem Volk preisgibst die Natur, die halb schon verwelkte.
„Du, der du schön aufkämmst an den Backen balsamische Zottel,
Warum lässt du am Bauch denn geschoren die Röhre hervorstehn?
Mögen der Diener auch fünf ausrupfen an diesem Gewächse
Und dein gesott'nes Gesäss mit gebogener Zange zerzwacken,
Doch nicht tilget wohl je dir ein Pflug derartiges Unkraut!“
Ja so hauen wir selbst blossstellend den Schenkel dem Pfeile.
Also lebt es sich hin, wir kennen uns. Unter den Lenden
Hast du ein Leiden geheim, doch ein mächtiger goldener Gürtel
Deckt es. Wenn's lieber dir ist, so verstelle dich, täusche die Nerven,
Wenn du es kannst! „Wenn nennt mich vortrefflich die Nachbarschaft, soll ich's
Da nicht glauben?“ Erbleichst du, o Wicht, wenn du Geld nur gesehen
Thust du Alles, was nur deinem gierigen Gliede beliebet,
Holst du Schwielen dir stets, voll Sorge am Puteal laufend,
Umsonst leihest du dann deine horchenden Ohren dem Volke.
Nimm nicht an, was dir fremd; seine Gabe behalte der Pöbel!
Wohne bei dir; dann wirst du erkennen, wie kärglich dein Hausrath!

---

27. Hor. sat. II, 3, 8, Juv. X, 129. 28. Suet. Aug. 31, Dion. Hal. IIII, 14. 29. Ter. Heaut. III, 1, 51, Hor. sat. II, 4, 80. 31. Juv. XI, 109. 32. Hor. sat. II, 3, 117, Juv. III, 292. 33. Juv. XI, 203. 34. Hor. sat. II, 5, 42. 35. Juv. II, 12, Mart. VIIII, 28, Lucian. Demon. 50. 38. Mart. III, 58, 25. 40. 41. Virg. G. II, 239. 264, Hor. sat. I, 3, 37. 42. Hor. epist. II, 2, 97. 45. Hor. sat. I, 4, 21. — Ovid. Her. IIII, 20. — Virg. Aen. V, 312. 46. Hor. sat. II, 5, 106. epist. I, 16, 44. 47. Hor. sat. II, 3, 78, Pers. III, 109. 49. Hor. epist. I, 19, 8. 51. Juv. IIII, 153. VIII, 182. 52. Hor. sat. II, 7, 112, Sen. epist. 80, 9, Pers. I, 7.

Satira V.

Summarium.

Haec satira ad L. Annaeum Cornutum Stoicum, Persii praeceptorem et amicum, scripta est, de quo praeter Persii vitam conferatur Dio LXII, 29 et, quam Ger. Joannes de Martini anno 1825 Lugduni Batavorum edidit, disputatio de L. Annaeo Cornuto philosopho stoico. Adde C. Fr. Hermanni lectiones Persianas I p. 12 sq. et Jahni Prolegg. p. VIII sqq. Quae in Fulgentii Planciadis expositione sermonum antiquorum commemoratur Cornuti satira, a mendacissimo illius libelli auctore ficta est, de cuius fide, ut alios mittam, conferantur Jahni Prolegg. p. XXIII sqq. et novissima Fulgentii editio, quam Lerschius, accusator eius acerrimus, paravit. Vide quae dixi ad Horatii satiras p. 21 et summarium sat. VI. Initio Persius summum amorem, quo Cornutum optime de se meritum colat, se non satis eloqui posse et, quid praeceptori et amico coniunctissimo debeat, gratissimo animo profitetur (v. 1—51). Opponit autem verae sapientiae a Cornuto acceptae volgarem hominum vitam, qui vana stultaque agendi ratione se ipsi infelicissimos reddunt. Varia quidem hominum studia, set omnia philosophiae ope destituta inrita sunt, unde plurimis vita sine vera beati animi tranquillitate transit, ita ut nemo fere *exacto contentus tempore vitа cedat, uti convivа satur* (v. 52—61). Hoc igitur studium omnes, pueri senesque, agamus (cf. Hor. epist. I, 1, 25 sq. 3, 28), neque differamus, set quam primum incipiamus (v. 62—72). Quae vero sapientiae commoda et quales fructus inde in animum redundent, posterior satirae pars demonstrat. Veram libertatem ratio tantum philosophia culta impertitur (v. 73—94), quom arte cupiditates, quibus omnes obnoxii sumus, domandae et pacandae sint (v. 95—123). Cupiditates vero dominium crudelissimum exercent omnemque animi tranquillitatem ipsae saepe inter se pugnantes turbant (v. 124—156). Atque tanta vi obstrictos nos retinent, ut volgo ille, qui ex earum servitio se eripuisse gloriatur, mox ad eas redire cogatur (v. 157—175). Quin et diversissimae amant cupiditates eundem hominem sui ipsius quasi impotem ludibrio habere et in omnes abripere partes (v. 176—188). At talia volgus non perspicit et veram sapientiam inridens

sibi ipsi plaudit (v. 189—191). Persius rigido Stoicorum more idem argumentum e philosophorum scholis desumptum tractat, quod Horatius satira II et VII libri II et epistola I libri I tanta subtilissimi ingenii elegantia non sine iocosa hilaritate exposuerat, quem poetam in singulis partibus noster accuratissime secutus est. Cf. quae ad Horatii satiras scripsi p. 397 sq. Locum inde a v. 133 usque ad 156 expressit Boilavius sat. VIII, 71 sqq., quem eundem conferas epist. III, 49. Passovius p. 136 statuit v. 96 sq. et 97 sq. ita a poeta esse scriptos, ut in libro edendo hos aut illos tantum servare voluerit: quae coniectura falsa totius loci interpretatione nititur.

Vatibus hic mos est centum sibi poscere voces,
Centum ora et linguas optare in carmina centum,
Fabula seu maesto ponatur hianda tragoedo,
Volnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum.
Quorsum haec? Aut quantas robusti carminis offas
Ingeris, ut par sit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas Helicone legunto,
Si quibus aut Procnes aut si quibus olla Thyestae
Fervebit saepe insulso cenanda Glyconi.
Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos, nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum grave cornicaris inepte,
Nec stloppo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba togae sequeris iunctura callidus acri,
Ore teres modico, pallentes radere mores
Doctus et ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe, quae dicas, mensasque relinque Mycenis
Cum capite et pedibus plebeiaque prandia noris.
Non equidem hoc studeo, pullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur: tibi nunc hortante Camena
Excutienda damus praecordia, quantaque nostrae
Pars tua sit, Cornute, animae, tibi, dulcis amice,
Ostendisse iuvat: pulsa dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, et pictae tectoria linguae.
His ego centenas ausim deposcere voces,
Ut, quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce traham pura totumque hoc verba resignent,

V. L. 2. *carmine. tantum.* 6. Diderot *egeris*, nonnemo *eggeris.* 8. *Proyncs.* 9. *cananda, conanda.* 10. Hauthalius *neque, anhelanti c.* 11. *raucos, raucis.* 13. *stlopo, scloppo, sclopo,* simil. 14. Pinzger *sequere.* 15. *teris, terens. rodere.* 16. *ingenio.* 17. *dices, dicis. mensamque* Reizius cum veteribus editionibus. 19. *haec. bullatis.* Scaliger *bullatas nugas.* 21. *secrete.* 23. *pars tibi.* 25. Graevius *fictae. plectoria, pictoria.* Burmannus *tinctoria*, Hauthalius *planctoria.* 26. *hic, hinc, huc. fauces.* 27. *et quantum, quantum ego te, quantumque mihi. te in.* omittitur *in.* 28. *puta. haec.*

„Sängergebrauch ist dies sich Stimmen zu hundert erflehen,
Lippen zu hundert für's Lied und Zungen zu hundert sich wünschen,
Gilt es zu schaffen ein Stück, das der finst're Tragöde zerschreie,
Oder, der zieht das Geschoss von der Weiche, des Parthers Verwundung.“
„„Sage, wozu? Was denn willst so gewaltige Bissen des Kraftlieds
Tischen du auf, dass du musst dir die Kehlen im Hundert bestellen?
Wer an erhabenem Sang sich erfreut, such' Helikon's Nebel,
Ob ihm Prokne's Topf, oder ob ihm der Topf des Thyestes
Schäumt, den zu essen bekommen so oft schon der närrische Glyco.
Du fachst nicht, wenn die Masse schon kocht in glühender Esse,
Wind mit dem Blasbalg an, nicht krächzest du, toll dich zermurmelnd,
Schwer und dumpf dir selbst Etwas vor in erhabenem Schwalle,
Nicht strebst du mit Geplatz zu sprengen die schwellenden Backen.
Worte des Volks liebst du, kunstreich in reiner Verbindung,
Nett mit einfachem Ton, wohl kundig verdorbenes Wesen
Tüchtig zu zwacken, die Schuld zu geisseln mit heiterem Spotte.
Nimm dir gewöhnlichen Stoff und lass die Mahle Mykene's,
Freund, sammt Füssen und Kopf, lern' kennen gewöhnliche Speise!““
Nein, nicht streb' ich darnach, dass von kläglichen Possen im Traurkleid
Schwelle das Blatt, das Gewicht dem Nichts zu verleihen verstehe.
Sieh, wir sprechen allein! Lass jetzt auf der Muse Geheiss mich
Dir aufschliessen die Brust — und welch ein Theil du von meinem
Herzen, Cornutus, ich möchte so gern dir, innigster Freund, es
Klar aussprechen. Du klopf' nur daran, vorsorglich erforschend,
Was ächt tönet darin und was Schminke bestrichener Zunge.
Hierfür wagte ich wohl mir hundertfach Stimmen zu flehen,
Dass, wie tief du mir bist in die Falten des Herzens geschrieben,
Rein darstelle das Wort und ganz die Stimme verkünde,

---

1. Hor. sat. I, 2, 86. — Hom. Il. β, 489, Hostius aput Macrobium Sat. VI, 3, Virg. Aen. VI, 625, Ovid. Met. VIII, 532. Fast. II, 119. 3. Juv. VI, 636, Prop. III, 27 (II, 31), 6. 4. Hor. sat. II, 1, 15. 7. Hor. A. P. 230. 8. Plaut. Rud 414, Juv. VII, 12. 73. 9. Hor. epist. I, 1, 30. 10. Hor. sat. I, 4, 19, Juv. VII, 111. — Pers. II, 67. 14. Hor. A. P. 47. 15. Hor. sat. II, 7, 86. — Pers. III, 43. IIII, 47. 17. Hor. A. P. 318. 20. Hor. epist. I, 19, 42. — ib. I, 16, 12. 22. Hor. carm. II, 17, 5. 23. Hor. epist. I, 7, 12, Pers. V, 109. 25. Lucr. III, 886, Pers. III, 21, Auson. id. XVI, 12 sq.

Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Quom primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit,
Quom blandi comites, totaque impune Subura
Permisit sparsisse oculos iam candidus umbo,
Quomque iter ambiguom est, et vitae nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes:
Me tibi supposui. Teneros tu suscipis annos
Socratico, Cornute, sinu: tum fallere sollers
Apposita intortos extendit regula mores,
Et premitur ratione animus vincique laborat
Artificemque tuo ducit sub pollice voltum.
Tecum etenim longos memini consumere soles
Et tecum primas epulis decerpere noctes:
Unum opus, et requiem pariter disponimus ambo
Atque verecunda laxamus seria mensa.
Non equidem hoc dubites amborum foedere certo
Consentire dies et ab uno sidere duci:
Nostra vel aequali suspendit tempora Libra
Parca tenax veri, seu nata fidelibus hora
Dividit in Geminos concordia fata duorum,
Saturnumque gravem nostro Jove frangimus una:
Nescio quod, certe est, quod me tibi temperat astrum.
Mille hominum species et rerum discolor usus:
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.
Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper et pallentis grana cumini,
Hic satur inriguo mavult turgescere somno:

V. L. 30. Koenig *custos, cum p.* 34. *est* omittitur. 35. *diducit.* 36. *sepposui. suspicis.* 37. *hunc, tu, tua.* 38. *ostendit.* 40. Casaubonus *artificisque.* 43. Casaubonus *una opus.* 45. *dubitas.* Guyetus *dubilem.* 46. *deos.* 47. *aequalis.* 48. Guyetus *vel nata.* 49. Guyetus *in Geminis.* 50. Mitscherlich *Saturnumve. ima.* 51. *quid. quod te mihi. temperet.* 55. *cymini.* 56. *torpescere.*

Was im innersten Mark so unaussprechlich mir ruhet.
Als mir dem Scheuen zuerst wegging der beschützende Purpur
Und die Bulla geweiht hing vor den gegürteten Laren,
Als mir die Diener so hold und über die ganze Subura
Frei zu werfen den Blick weissbauschige Toga erlaubte,
Und, wo doppelt der Weg, unkundig des Lebens der Zweifel
Reisst den beängstigten Geist umher auf der Strassen Verzweigung:
Habe ich dir mich vertraut. Du hegst, Cornutus, die zarten
Jahre in deinem sokratischen Schoss, du legest das Richtscheit,
Klug es verbergend, daran, biegst grade verbogenes Wesen;
Durch die Vernunft wird gezügelt der Geist, und er freut sich des Zwanges,
Unter dem Daumen erhebt sich das Antlitz künstlich gebildet.
Mit dir hab' ich ja einst durchlebt langwährende Tage,
Mit dir hab' ich gehascht beim Mahle beginnende Nächte:
Einerlei Arbeit war uns, gleichmässig bestimmt auch die Ruhe,
Und bei bescheidenem Tisch' ging Ernst in heiteren Scherz auf.
Traun, o zweifle nur nicht, ja es stimmt in fester Verbindung
Unser Geschick überein, das von *einem* Gestirne gelenkt wird.
Ob nun das Leben uns auf gleichschwebende Wage die Parze
Wahrheitbeharrend gelegt, ob die Stunde für Freunde geschaffen
Unter der Zwillinge Paar uns vertheilt einstimmiges Schicksal,
Ob wir den grimmen Saturn durch Juppiter's Wirken gebannet:
Welches auch immer, es gibt ein Gestirn, das dir mich verbündet.
Tausendgeartet der Mensch, abstechend des Lebens Verwendung!
Jeder hat eigenen Sinn, nicht wünschen sich Alle dasselbe.
Der tauscht, da wo die Sonn' aufsteigt, für italische Waaren
Runzligen Pfeffer sich ein und Körner des bleichenden Kümmels;
Diesen ergötzt es nach Tisch sich zu mästen, vom Schlafe beschlichen.

---

29. Pers. I, 47. 30. Hor. epod. 5, 7, Plin. N. H. VIII, 63. 31. Juv. V, 164, Plin. XXXIII, 4, Prop. V (IIII), 1, 131. — Ovid. Fast. II, 634. — Pers. II, 70. 32. Hor. epod. 5, 58, Mart. VI, 66, 2, Prop. IIII, 14 (III, 15), 4. 33. Tertull. de pallio 5. — Stat. Silv. V, 2, 68. 34. Ovid. Fast. V, 3. 36. Plaut. Cist. 282. Truc. 765. 37. Sen. Med. 284. 40. Juv. VII, 237, Stat. Achill. I, 332, Ovid. Met. X, 285. 41. Virg. Buc. VIIII, 51. 42. Virg. G. IIII, 184. 44. Hor. carm. II, 17, 21. 45. Manil. II, 477 (468). 48. Catull. 64, 307, Hor. carm. saec. 25. — Manil. II, 629 (616) sq. 50. Prop. V (IIII), 1, 84, Juv. VI, 569. 51. Hor. epist. II, 2, 187. 52. Hor. sat. II, 1, 27, Ter. Phorm. II, 4, 14, Ovid. A. A. I, 756. 54. Hor. sat. I, 4, 29. 55. Plin. XII, 14. — Hor. epist. I, 19 18, Plin. XX, 57. 56. Lucr. IIII, 906, Virg. Aen. III, 511.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In venerem putris: set, quom lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tunc crassos transisse dies lucemque palustrem
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuvat impallescere chartis:
Cultor enim iuvenum purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea. Petite hinc, puerique senesque,
Finem animo certum miserisque viatica canis!
Cras hoc fiet idem: cras fiet! Quid quasi magnum?
Nempe diem donas. Set, quom lux altera venit,
Jam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, et semper paullum erit ultra:
Nam, quamvis prope te, quamvis temone sub uno
Vertentem sese, frustra sectabere canthum,
Quom rota posterior curras et in axe secundo.
Libertate opus est, non hac, ut quisque Velina
Publius emeruit: scabiosum tesserula far
Possidet. Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit! Hic Dama est, non tressis agaso,
Vappa et lippus et in tenui farragine mendax.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
Marcus Dama. Papae! Marco spondente recusas
Credere tu nummos! Marco sub iudice palles!
Marcus dixit, ita est: adsigna, Marce, tabellas!
Haec mera libertas, hoc nobis pilea donant.

V. L. 58. *ventrem. putril, putret, putris est, est putris.* Hauthalius suspicatur *puter il. et* pro *set. cheragra.* 59. *fecerit.* 60. *tum. transire, traxisse.* 61. *sero, miseri.* 63. *enim est.* 64. *hunc. iuvenesque senesque.* 65. Marklandus *scrisque.* 66. *fiat.* Omnes adhuc *Cras hoc fiet. Idem cras fiet.* 67. *set iam lux.* 68. *hesternum heu!* in editionibus nonnullis aput Servium. 69. Marcilius *semper p. egerit u.* 71. *eantum.* 72. Guyetus *cum tu posterior.* 73. *qua, quam quisque* omisso *ut* aut servato. Locum varie distinguunt. 74. 75. Nasser: *emeret, ut sc. l. f. possideat. Veri heu st.* 76. Marcilius *Dama et.* 77. *vappa lippus, vappaque l.* 78. *mom. temporis.* 81. nonnemo *has signa.* 82. *haec, hanc.*

Der ist auf's Marsfeld arg, *den* bringen die Würfel zum Falle,
Jener vergeht vor Begier. Doch, wann die steinige Gicht einst
Brach die Gelenke entzwei, das Geäst der alternden Buche,
Hört man zu spät nur beklagen, dass trüb die Tage vergangen,
Sumpfig das Licht, und dahin der Genuss des Lebens geschwunden.
Doch dir ist's eine Lust bei Nacht über Schriften zu liegen;
Pfleger der Jugend bepfropfst du gern die gereinigten Herzen
Mit kleantheischer Frucht. Hier holt euch, Junge und Alte,
Sicheren Halt für den Geist und Zehrung für elende Greisheit!
„Morgen geschieht's gleich gut. Ja morgen! Was ist es denn Grosses?
Ja nur den einzigen Tag!" Doch ist nun der andere Tag da,
Gestriges Morgen ist ganz schon verzehrt; ein anderes Morgen
Treibet die Jahre dahin, und ein Wenig wird's immer zu früh sein:
Denn, ob der Reif dir auch nah, ob er auch an der nämlichen Deichsel
Kreisend sich dreht, umsonst wirst du ihn zu erreichen versuchen,
Wenn du als hinteres Rad an der anderen Achse einherläufst!
Freiheit, die thut uns Noth, nicht die, wie sie in der Velina
Jeglichem Publius wird — er bekommt für sein Täfelchen stockig
Korn! Weh' euch, die so arm ihr an Wahrheit, für die den Quiriten
Macht schon die Drehung! Es steht hier Dama, ein Schlingel, der nicht drei
Deut werth, stumpf und blöd, für erbärmliches Häcksel ein Lügner.
Drehte der Herr ihn einmal, wird gleich im Momente der Schwenkung
Dama ein Marcus. Parbleu! Wenn Marcus nur gut wird, dann weigerst
Du dich noch Geld zu leihn? Wenn Marcus dein Richter, erbleichst du?
Marcus ja sagte, so ist's: unterschreibe du, Marcus, die Acten!
Lautere Freiheit ist dies; das verleihen uns Alles die Mützen!

---

57. Hor. carm. III, 1, 11. epist. I, 18, 21. 58. Hor. carm. I, 36, 17. — epist. I, 1, 31, Mart. I, 99. 59. Hor. sat. II, 7, 16. — Pers. I, 97, Plin. XVI, 14. 84. 60. Tib. I, 4, 34. 62. Pers. I, 124. 63. Hor. epist. I, 1, 7. 40. epod. 2, 14. 64. Hor. epist. I, 1, 26. — Cic. Tusc. II, 5, 13. 65. Hor. epist. I, 2, 56, Pers. III, 60, Diog. I, 88. V, 21. 66. Ovid. Rem. amoris 104, Mart. V, 58, Sen. de brev. vitae 9. 69. Val. Flacc. VIII, 454. 70. Hor. epist. I, 2, 41. 73. Hor. epist. I, 6, 52. 74. Lucan. I, 344. — Juv. VII, 174, Suet. Caes. 41. Aug. 40, Sen. Benef. IIII, 28. 76. Pers. V, 78. 88, Arrian. dissert. II, 1, 26. — Hor. sat. I, 6, 38. II, 5, 18. Cic. Fam. V, 10, 1. 77. Hor. sat. I, 1, 104. 2, 12. 80. Hor. sat. II, 1, 49. epist. I, 16, 42. 81. Juv. VIII, 142. 82. Hor. epist. I, 18, 8, Pers. III, 106.

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, ut voluit? Licet, ut volo, vivere: non sum
Liberior Bruto? Mendose colligis, inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.
Haec reliqua accipio; *licet* illud et *ut volo* tolle!
Vindicta postquam meus a praetore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masuri rubrica vetavit?
Disce, set ira cadat naso rugosaque sanna,
Dum veteres avias tibi de pulmone revello!
Non praetoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia atque usum rapidae permittere vitae:
Sambucam citius caloni aptaveris alto.
Stat contra Ratio et secretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum naturaque continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis elleborum certo compescere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Navem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo
Ars dedit et veri specimen dignoscere calles,
Ne qua subaerato mendosum tinniat auro?
Quaeque sequenda forent, quaeque evitanda vicissim

V. L. 84. *cui libet. ut libuit? sim.* 87. *hoc. reliquum.* Guyetus *excipio. istud. licet, ut volo, vivere tolle.* 89. *voluptas.* 90. *Massuri, Mansuri, Marsuri, Massura,* simil. *notavit, velarit.* 92. *cum.* 93. *erit.* 96. *secretum, secreta aure. gannit.* 97. *non, nec.* omittitur *id. vitiavit, vitiarit.* Spurios versus 97 et 98 esse voluit Koenig. 100. *recto.* 102. *navim.* 103. *exclamat.* 105. *speciem,* quod sequens *qua* suadet (Hermann. lect. Pers. II p. 53). 106. Hauthalius *sub aerato.* 107. *quaeque vilanda, et quae vilanda.*

„Ist denn ein And'rer wohl frei, als wer da geniessen das Leben
kann, wie nur immer er will? Ich kann's, wie ich will: und ich wär' nicht
Freier, als Brutus?" „„Man schliesst ganz irrig,"" erwiedert der Stoa
Schüler darauf, der das Ohr sich gesäubert mit beissendem Essig.
„„Jenes das geb' ich dir zu; lass dieses, *ich kann's wie ich will*, weg!""
„Wenn durch des Prätors Stab als mein eigener Herr ich davonging,
Warum könnte ich nicht, was mein Wille auch immer nur fordert,
Nur nicht grade, was uns des Masurius Titel verbieten!"
Höre, doch weiche der Zorn von dem Mund' und der runzlige Spottzug,
Wenn aus dem Geiste ich dir wegreisse die Mährchen der Amme!
Nicht bei dem Prätor steht es die feineren Pflichten des Handelns
Thoren zu leih'n, den Genuss des enteilenden Lebens zu schenken.
Eher wohl machtest geschickt du zur Laute den stämmigen Hausknecht!
Denn es entgegnet Vernunft und raunt dir geheim in die Ohren:
„Das darf Niemand thun, was verpfuscht wird, wenn er es treibet."
Menschengesetz und Natur der Sache bestimmen als Satzung,
Dass Unkenntniss zu schwach zum Handeln Verweigertes lasse.
Lösest du Niesswurz auf, nicht wissend die Wage am rechten
Punkte zu hemmen, so ist's dir verboten vom Wesen der Heilkunst.
Forderte etwa ein Schiff der mächtig bestiefelte Bau'r, der
Nichts vom Lucifer weiss, schrie selbst Melikertes, geschwunden
Sei von der Welt doch die Scham. Hat sicheren Fusses zu wandeln
Kunst dich gelehrt, weisst du zu erkennen das Zeichen der Wahrheit,
Dass nicht täuschend es tönt von goldüberzogenem Erze?
Was zu erstreben uns ziemt und was hinwieder zu meiden,

---

83. Cic. Parad. 5, 1, 34, Arrian. IIII, 1, 1. 86. Cels. VI, 7, 7. — Auson. epist. IIII, 69. 88. Hor. sat. II, 7, 76, Claudian. de quarto consul. Honorii 614. 90. Athen I, 2. XIIII, 18, Gell. V, 19. — Juv. XIIII, 192, Quint. XII, 3, 11, Petron. 46, 7. 91. Pers. III, 66. 73. 92. Plat. Theaet. 7. 93. Sen. epist. 94, 35. 95. Athen. XIIII, 34. — Pers. V, 122, Hor. epist. I, 14, 42. 96. Mart. I, 54, 12. — Mart. V, 61, 3. 77, 2, Cic. de orat. II, 5, August. confess. V, 6. 97. Hor. epist. I, 14, 44, Prop. II, 1, 46. 100. Hor. epist. II, 1, 114 sq. 103. Virg. G. I, 437. — Hor. epist. II, 1, 80, Juv. XIII 242. 104. Hor. epist. II, 1, 176. 105. Cic. Tusc. I, 14, 32, Pers. V, 24. 106. Quint. XI, 3, 3! Petron. 56, 3.

Illa prius creta, mox haec carbone notasti?
Es modicus voti presso lare? Dulcis amicis
Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes?
Inque luto fixum possis transcendere nummum,
Nec glutto sorbere salivam Mercurialem?
Haec mea sunt, teneo, quom vere dixeris: esto.
Liberque ac sapiens praetoribus ac Jove dextro.
Sin tu, quom fueris nostrae paullo ante farinae,
Pelliculam veterem retines et fronte politus
Astutam vapido servas sub pectore volpem:
Quae dederam supra, relego funemque reduco.
Nil tibi concessit ratio, digitum exere: peccas.
Et quid tam parvum est? Set nullo thure litabis,
Haereat in stultis brevis ut semiuncia recti.
Haec miscere nefas, nec, quom sis cetera fossor,
Tris tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.
Liber ego. Unde datum hoc sentis, tot subdite rebus?
An dominum ignoras, nisi quem vindicta relaxat?
I, puer, et strigiles Crispini ad balnea defer!
Si increpuit, cessas, nugator, servitium aere
Te nihil impellit, nec quidquam extrinsecus intrat,
Quod nervos agitet: set, si intus et in iecore aegro
Nascuntur domini, qui tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles scutica et metus egit herilis?

V. L. 108. *notasse.* 109. *et modicus.* Omnes aut *lare? dulcis amicis?* aut *lare, dulcis amicis?* 110. Marcilius *astringis* et *laxas.* 111. *transcedere.* 112. *glulo.* 115. *nostro.* 116. *retinens. polita.* 117. *servans. in pectore.* 118. *repelo. finemque.* 119. Lipsius *ne tibi.* 120. *parum, pravum.* 121. *semuncia.* 123. *tres, treis. satyrum.* 124. *sumis.* 125. *relaxet.* 127. *increpui.* 128. *nequidquam.* 129. *e iecore, iecore.* 130. *nascantur.*
